Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

exequimur: immortalitatis tue munere consequamur. Per. Et dn. Ite missa est: ℣ Ante euangelium dicatur ista

Munda cor meum ac labia mea omnipotens deus qui labia ysaie prophete calculo mundasti ignito: ita me tua gratia miseratione dignare mundare: vt sanctum euangelium tuum digne valeam nuntiare. Per xpm dnm nrm.

Incipit. Se. Canon

Supplices te rogamus minor omnipotens eterne deus hanc immaculatam hostiam quam ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo viuo et vero pro innumerabilibus peccatis offensionibus et negligencijs meis: Et pro omnibus circumstantibus. Sed et pro omnibus fidelibus christianis. viuis atque defunctis: vt mihi et illis proficiat ad salutem et vitam eternam. Amen

Quando offert calicem super altare dicat

Offerimus tibi domine calicem salutaris: tuam deprecantes clementiam: vt in conspectu diuine maiestatis tue: pro nostra et totius mundi salute cum